

## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,  
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in  
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Provisione Et Obtentione Beneficiarvm

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

708. Quam potestatem habeat capitulum sede vacante in collatione  
beneficiorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74485](#)

40. annorum. Garc. n. 84. citans Socin. cons. 260. n. 19. l. 2. Cas. de Graff. decis. 10. n. 6. Put. decis. 15. l. 3. &c. Quod sitamen jus ita est obscurum, & dubium, ut non constet de jure alterius; cum tunc non agatur de afferendo jure uni, & dando alteri, non requiritur præscriptio; sed sola consuetudo & observantia absq; præscriptione temporis sufficit. Garc. n. 85. De cetero quod dicebatur paulo ante in illa parenthesi, quod consuetudinis interpretatio absque præscriptione temporis est necessaria, etiam si jure non subsistat, procedit in consuetudine propria, qua non inducit jus privatum, sed publicum & promiscuum quodam omnes in communi, in qua, cum non agatur de afferendo jure, & dando alteri in particulari, non requiritur aliqua præscriptio temporis. Garc. n. 86.

3. Respondeo tertio: cum in praesenti casu non sit materia consuetudinis, sed præscriptionis, si Capitulum prætendens providere Dignitates & Præbendas allegaret consuetudinem, ea deberet esse immemorialis, aut 40. annorum cum titulo. Garc. n. 99. juxta c. cum Eccles. Vultur. & Abb. ibi. n. 6. & juxta c. 1. de præscriptione, in 6. sicut etiam ad hoc, ut inferior acquirat jus conferendi contra Ordinarium habentem fundatam intentionem de jure communi, requiritur præscriptio immemorialis, aut 40. annorum cum titulo & bona fide. Garc. num. 91. citans Prob. ad Monach. in c. cum in illis. de præb. in 6. n. 11. Rosiniac. & Rotam.

4. Respondeo quartò: pari modo, dum Capitulum prætenderet in collatione Præbendarum, & Dignitatum non habere nisi unam vocem, ut habent singuli Canonici, & non tantam, quantum totum Capitulum, non obstante statuto talis Ecclesia de voto Episcopi, & Capituli, & ad id allegaret consuetudinem 40. annorum, Rota in Placentin. Vot. Maij 1586. respondit, quod consuetudo contraria 40. annorum sine titulo non sufficiat, eo quo statutum, loquens de voto Episcopi & Capituli, recipit à jure certam interpretationem, quod votum Episcopi sit pro dimidia parte; sed requiritur immemorialis. Garc. n. 96. citans plures insuper decis. Rotæ; qua tamen decisiones patiuntur difficultatem, si solum statutum attendatur, eti illud expressè diceret, quod Vorum Episcopi esset pro dimidia parte; cum in præscriptio ne contra statuta non videtur requiri titulus, seu tempus immemoriale, quod solum requiritur, ubi jus commune, seu juris communis præsumptio est in contrarium. Garc. n. 101. juxta c. 1. de præscript. in 6. Proinde dicendum, quod sicut est contra jus, excludere Episcopum à provisione præbendarum, ita etiam sit contra jus commune, non habere illum aequalē suffragium cum toto Capitulo, & ideo non sufficere consuetudinem 40. annorum sine titulo. Garc. n. 105.

**Quæstio 708.** *Quam potestatem habeat Capitulum, Sede vacante, in collatione beneficiorum?*

1. Respondeo primò: quoad conferenda beneficia, qua sunt de collatione Episcopi, Capitulum, Sede vacante, nullam habet potestatem, sive non succedit Episcopo in collatione horum beneficiorum. Garc. p. 5. c. 7. n. 51. Castrop. tr. 13. de benef. d. 2. p. 29. n. 8. Fermosin. tr. de Capit. Sede vac. q. 23. a. n. 2. Barbos. juris Eccles. l. 1. c. 32. a. n. 109. citans quamplur. cum communi, juxta c. 2. ne Sede vac. c. cum olim, de major. & obed. & cap. 1. de insti-

in 6. &c. Licet enim Capitulum succedat in iis quæ Episcopo jure ordinario competunt, juxta c. cum olim, de maj. & obed. & cap. unic. tit. eod. in 6. atramen collatio beneficiorum casus unus est, isque præcipius, ab ista regula exceptus per c. 2. ne Sede vacante, & c. unic. tit. eod. in 6. Castrop. Garc. l. cit. Abbas in cit. c. 2. & in c. cum olim. cum communi DD. ibid. Ratio vero hujus exceptionis, seu prohibitionis est, tum, quod collatio sit fructus Dignitatis Episcopalis. Lott. l. 2. q. 2. num. 16. Castrop. Barbo. Abb. l. cit. juxta Gl. in c. cum olim; fructus autem reserventur succellori. AA. iidem, juxta cap. quia sepe de Elect. in 6. cap. cum ros. de off. Ordinar. c. fin. eod. tit. in 6. quos textus citat Barb. Quin & non sit fructus tantum simplex, sed fructus cum honorificentia, qui propter ea avelli non potest à persona. Lott. loc. cit. num. 17. Fermos. loc. cit. n. 4. ex Abb. loc. cit. & Felin. in cit. c. cum olim. n. 3. Tum quia insuper collatio beneficiorum continet meram gratiam, in quo transcendit jus instituendi & confirmandi, qua potius sunt de mera justitia. Lott. cit. nu. 16. citans Bellamer. cons. 20. n. 13. & Abb. in c. 2. ne Sede vacante. in 6. seu quia est libera donatio juxta c. fin. de off. Vicar. in 6. c. si tibi absenti. de præb. in 6. Barb. loc. cit. Castrop. cit. num. 8. Donare autem prohibetur is, cui libera bonorum administratio non conceditur, juxta l. contra. ff. de paib. & l. filius. ff. de donat. Adeoque, cum Capitulum Sede vacante alienare aut donare nequeat, conferre non poterit illa beneficia. Barb. loc. cit. Fermos. loc. cit. n. 18. Atque ictus, quemadmodum ratio necessitatibus (institutio nāque & confirmatio non est tan̄ donatio beneficiorum, quam donationis facta confirmatio, & approbatio necessaria & obligatoria, etiam dum, quia plures præsentati aequi idonei, locus est gratificationi; tamen tunc libera sit quod ad personam electam. Castrop. loc. cit. citans Pavin. p. 2. q. 4. in fine. & q. 5. n. 2. Garc. p. 5. c. 7. num. 75.) juncta cum cessatione præjudicii Episcopi, suader, ut confirmatio & iustitio Sede vacante transeat in Capitulum. Cardin. in c. cum olim. Abb. l. ult. cit. Pavin. de pot. Capit. Sede vac. p. 2. q. 5. n. 2. & 3. apud Lott. n. 21. ita ē contrario ratio libera donationis, & mera gratia, quam continet collatio, & in qua gratia exercenda lex plus confidit Episcopo, quam Capitulo, suader illam non transire in Capitulum. Lott. l. c. n. 22. citans Butrio in c. 2. ne Sede vac. Unde jam eriam Lott. n. 13. & 17. quem sequi videtur Fermos. loc. cit. n. 4. suis inhārens principiis, & juxta dicta à nobis supra hanc ultimatum conficit rationem, quare hæc potestas conferendi impeditatur transire in Capitulum Sede vac. quod nimurum, eti ea obveniat Episcopo eodem tempore cum jurisdictionibus, non tamen ei competat jure Magistratus, ita ut ad jurisdictionem spectet, aut sit illius fructus. Quemadmodum quia jus confirmandi & instituendi, seu facultates alia inferiores à potestate conferendi ei competunt jure Magistratus, & inter jurisdictionalia, seu fructus jurisdictionis reputantur. Bellam. loc. cit. Gamb. de off. Leg. l. 3. n. 222. non impediuntur transire in Capitulum.

2. Hoc tamen non placet, quod addit Lott. n. 14. & 15. nimurum jus eligendi & præsentandi competens Episcopo pari modo spectare ad jurisdictionalia, ac proinde pari modo sicut confirmatio & iustitio non impediri transire ad Capitulum. Contrarium nāq; tūtū tenet Castrop. cit. n. 8. & quos citat, Pavin. loc. cit. q. 5. n. 3. & 4. Lamb. de jurep.

*jurep. l. 2. q. 2. a. 4. Azor. p. 2. l. 3. c. 38. q. 10. Garc. p. 5. c. 7. n. 52. idemque tenere videtur Fermos. loc. cit. n. 16. & expresse tenet, q. 24. n. 9. citans Dian. p. 8. n. 4. resol. 29. Meroll. tom. 2. d. 7. c. 7. d. 11. n. 135. Barb. cit. n. 109. nimurum ea, quæ de collatione constituuntur quoad hoc punctum, intelligenda quoque esse de præsentatione & electione competentibus Episcopo; èd quòd prohibitus generalis sit, & hæc non minus quam collatio sicut solum fructus Dignitatis episcopalnis, eti longè quid minus quam collatio. Adde, quòd presentare & eligere non tam jure communī sicut collatio, quam tréquentius jure speciali, & per accidens competant Episcopo.*

*3. Porrò procedit responsio, esto beneficium, vivente Episcopo, in ipius mense vacante, neque ab illo fuerit provisum. Castrop. loc. cit. citans Molin. de just. tr. 5. d. 11. n. 11. Fermos. loc. cit. num. 18. citans Dian. p. 8. num. 4. resol. 25. &c. Item etiam si collatio spectaret ad Episcopum cum consensu vel consilio Capituli; cùm enim ille consensu, & consilium non efficiant provisionem beneficii communem Capitulo cum Episcopo, provisio adhuc non poterit pertinere ad Capitulum Sede vacante. Barb. loc. cit. n. 110. citans Pavin. p. 2. q. 1. Navar. conf. 20. n. ult. de præb. Molin. tr. 5. d. 11. num. 9. & 13. Argumento c. unic. ne Sede vac. in 6.*

*4. Quemadmodum alias, dum beneficia sunt simultaneæ collationis Episcopi cùm Capitulo, eorum collatio, mortuo Episcopo, aut etiam omnino impedito, ratione hujus communionis tota transit ad Capitulum, & illud tunc utitur jure suo. Castrop. loc. cit. citans c. unic. ne Sede vac. in 6. Abb. in c. illa. tit. cod. Azor. p. 2. l. 6. c. 25. q. 13. Molin. cit. d. 11. n. 13. Corrad. l. 3. c. 6. num. 71. Fermos. loc. cit. q. 24. n. 5. citans Dian. p. 8. tr. 4. resol. 25. &c. Barbos. n. 110. Atque ita, dum in aliquibus Ecclesiis Canonicatus Magistralis & Doctorales per concursum providentur suffragiis Episcopi & Capituli, Capitulum Sede vacante conferit illos, & similia beneficia. Barb. ibid. citans Navarr. conf. 20. de præb. Molin. ubi ante. &c. Neque enim beneficia simultaneæ collationis, dum vacant, Sede Episcopali vacante, in mense ordinario, reservantur Papæ per reg. 2. cancell. loquitur enim illa de collatione libera, quæ à solo Episcopo ad illius præfam & toralem voluntatem fieri potest, satisque ostendit Papa per ea verba regulæ: Non tamen ad collationem cum alio, vel aliis spectantia: se nolle Capitulo præjudicare in sua collatione Sede Episcopali vacante. Corrad. loc. cit. n. 71. & 74.*

*Quæstio 709. An ergo beneficiorum, Sede Episcopali vacante, vacantiū, & pertinentium alias ad liberam Episcopi collationem, collatio reservetur successori in Episcopatu?*

*R*espondeo negativè, sed reservari ea omnia tunc vacantiā, & ad episcoporum collationem vel etiam electionem, præsentationem, vel quamvis aliam dispositionem spectantia Pontifici, per constitut. Pii V. incipientem: Sanctissimus in Christo Pater. quæ constitutio eti sp̄piralle unā cum suo Conditore dicatur à Garc. p. 5. c. 1. n. 234. Idem tamen hodie disponitur per reg. 2. cancell. Barb. cit. n. 109. & ex illo Fermos. loc. cit. n. 16. & fusè Corrad. l. 3. c. 6. à n. 50. ubi etiam n. 51. recitat desuper declarationem Sac. Congregat. & n. 55. ad beneficia parochialia, & n. 55. ad benefi-

*cia, quorum collatio spectat ad Episcopum cum consensu Capituli: & ad ea, quæ jure devoluta s̄t, etant ad Episcopum, extendit. Verum, ut dictum ad reg. 2. cancell. hæc responsio locum non habet in Germania, ubi Sede episcopalī vacante vacanta in mensibus ordinariis non sunt reservata Pontifici, sed ab Episcopo successore conferuntur.*

*Quæstio 710. Num ex eo, quòd facultas instituendi & confirmandi, quia sunt jurisdictionis necessaria transiunt ad Capitulum, similiter etiam transeant ad Capitulum provisiones omnes necessaria; ac imprimis collatio beneficiorum, quæ fieri debet certi generis personis, v.g. graduatis, nominatis, primogenitis?*

*1. R*espondeo ad primum negativè. Castrop. loc. cit. n. 13. loquens in genere de beneficiis patrimonialibus, debitis conferri certo generi personarum, & citans pro hoc Gonz. gl. 8. §. 1. n. 7. & gl. 45. n. 20. Lott. cit. q. 2. num. 30. loquens in specie de beneficiis conferri debitis: Graduatis, vel nominatis. Fermos. l. c. n. 14. loquens in specie de beneficiis debitis ex fundatione conferri consanguineis fundatoris, seu filiis familias, vel etiam uni ex personis de certo Collegio (eis de cetero permittat transire ad Capitulum eas collationes, quæ necessariò ex fundatione facienda certa & determinata persona, puta primogenito, seniori familia: vel quando ratione optationis debetur beneficium antiquiori optanti) citans pro hoc Dian. p. 8. tr. 4. resol. 26. & Meroll. tom. 3. d. 7. a. 7. dub. 1. contra Rebuff. in pr. tit. de devol. nu. 85. & tr. de nominat. q. 8. n. 49. ubi: quòd ne diuturnavacatio contingat, posse Capitulum constituere ad ministratorem, qui provideat de beneficiis, quorum collatio est necessaria; & contra Garc. p. 5. c. 7. num. 90. rationem responsionis hanc dat Castrop. n. 13. & 14. quòd beneficia esse debita certo generi personarum, vel etiam certa & determinata in individuo persona, puta, propinquiori fundatori, aut aliis digniori, non constitut collationem necessariam, sed liberam & voluntariam relinquat, dum nemo cogere possit episcopum ad faciendam talem collationem, & ea debita non est fieri per episcopum; sed is possit permittere elabi totum semestre datum ad providendum, & ita devolvit collationem ad alium. Secundus ac contingit in beneficiis, quæ præmisæ electione & præsentatione conferuntur, utpote in quibus compelli potest Ordinarius, tam à Patrono, & electore, quæ ab electo & præsentato, ut electum confirmet, & præsentatum instituat: Neque is se defendere potest ex semestri concessione ad conferendum; cùm pro institutione & confirmatione non sit hoc semestri concessum; Neque ob illius omissionem institutio & confirmatione ad Superiori devolveretur, dum in his non datur devolutio; sed potius cogatur institutor & confirmator à Superiori facere institutionem, & confirmationem. Atque ita hac ratio procedit etiam contra Fermos. Rationem aliam meliorem dat Lott. cit. num. 30. quòd talis collatio non pertinet adhuc ad legem jurisdictionis, utpote ad quam ex dicta necessitate facienda collatione non concluditur, & in materia provisionis, quòd minus facultas aliqua transiatur in Capitulum Sede vacante, sufficiat, hunc ipsum casum non esse expressum in jure, juxta Präpos. in

*e. presb.*